At qui concedit Paulum in his ~~[illegible]~~ quae communia habet cum Ennodio diversum auctorem compilasse scilicet deperditum, similitudine ~~[illegible]~~ locorum quorundam cum Ennodianis uti non potest ad demonstrandum a Paulo Ennodium quoque adhibitum esse; ~~[illegible]~~ potuerunt enim haec a duobus scriptoribus ex eodem auctore pariter transferri. quam ob rem ~~[illegible]~~ sane ambigi potest, utrum Paulus ~~Ennodium~~ ~~auctorem~~ ~~adhibuerit~~ auctorem adhibuerit ab Ennodio diversum an ipsum Ennodium; haec opinatio utrumque ab eo compilatum esse rationem non habet.